tunc & uos apparebitis in gloria. ds autem omnium d& uobis spm conpuncti
onis ut percipiatis que predicantur a nobis secundum euangelium xpi
di nostri, per quem do patri honor gloria. cum spu sco in secula seculorum
amen;

EXPLICIT OMELIA DE ERUDITIONE DISCIPLINE;

INCIPIT OMELIA AD EUTROPIUM; XXVIII

Semper quidem sed nunc precipue conpetenter dicitur uanitas
uanitantium & omnia uanitas. ubi nunc est refulgens illa cons
latus ambitio; ubi resplendentes ad lucem siderum toto orbe lampa
des; ubi equorum certamina. ubi diuersorum munerum pompa.
ubi corone & uarius totius orbis ornatus. Ubi turbe & theatralis
illa populi adulantis adclamatio. repentini spiritus flatu tamquam folia
cuncta decussa sunt & arbor nuda relicta est, & non solum nuda s&
& ab ipsis conuulsa radicibus; Tanta enim inuentus incubuit ut ipsi ar
boris absoluer& neruos; Ubi nunc simulati illi amici. ubi uarie adulte
rationem facies; Ubi cotidiane & prandiorum caenarum que adre dulc
ubi parasiti. ubi electa uina & per totum diem tracta conuiuia. Ubi
coquorum exquisite artes. ubi denique omnis illa potentia & clien
tum greges ad gratiam cunctalo quentium. Nox erat omnia illa &
somnium, die exorto nusquam conparuerunt; Umbra erat & pertransiit.
fumus fuit & dissolutus est; Bulle aquarum fuerunt. & disrupte sunt; Ara
nee erant & discisse sunt; Propter quod iterum spiritale istud carmen ca
nimus dicentes. uanitas uanitantium & omnia uanitas; Hunc enim uersicu
lum si saperent qui in potentia uersantur. in parietibus omnibus & in ues
tibus suis scriberent; In foro in domo in ianuis. in ingressibus; & ante omnia in con
scientiis suis. ut semper eum oculis cernerent & corde sentirent; Quoniam qui
dem multe sunt rerum facies. multe imagines false. quae decipiunt incau
tos. Istud oport& cotidie salutare carmen & in prandiis. & in caenis.
& in omni conuentu. unumquemque proximo suo canere. & a proximo suo libenter

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0232